



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Morus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Lachrymæ oboriuntur, indigent invicem commiseri, de quibus Elaias: *Sicut salices super præterfluentes aquas.* Alii torrentem loco hoc pro præsentis vitæ decursu capiunt, in quo subita tot incommoda quotidie nobis ex improviso ingruunt, qualibus Christus noster exercei voluit, qui & ipse de torrente, qui secus hanc viam præterfluit, bibere non recusavit.

## DE MORO. CAP. XXX.

IN quibusdam arborum variarum commentariis, in amicorum quorundam gratiam conscripta fortitudinem ex quercu, iustitiam ex palma, temperantiam nuper ex salice significari ostendimus. Nunc autem (Grana) quartam etiam his addemus Heroïnâ, quæ quidem prudentia est.

## PRUDENTIA. CAP. XXXI.

**E**Am per morum ex arboribus significari ex eo compertum est, quod una omnium prædicationis prudentissima censetur: utpote quæ non ut multæ properat, quæ ubi primum lenioris mitioris- que aliquantulum auræ spiraverit, erumpunt in germina, & flores exsinuant magna interdum strage, ob temporis inconstantiam. At morus ne pruina lædi possit, quam hostem sibi perniciosum agnoscit, non ante germinat quam frigus penitus fugatum esse cognoverit, atque ad amœnissimam adulti veris tempora perventum omnino sit. Addit hoc, quod rem prope conficit, & quod sapientis illius præcepto mandatur, *το καριον ου ποσει.* Una enim ferè nocte tota germinat, foetum celerissima grandit & maturat, ne caloris etiam adventantis injuria lædi possit.

*Ad Verbum  
à Plin. libr.  
16. cap. 25.  
Morus quo  
tempore  
germinat.*

*Hinc forsitan  
i lud. Eschibi  
li apud A.  
rbeneum*

*l. 2. uo 28  
καριον ου  
ποσει. Moro  
maturior.*

## DE CAPRIFICO.

## TEMPERANTIA. CAP. XXXII.

**S**Ed enim cum salicem pro castitate posuerimus, quæ bonæ mentis vinculo uti zona coercita se se probet, eamque temperantiam etiam esse interpretati sumus; cum virtus hæc ad alias quoque cupiditates coercendas, frenisque atque catenis compescendas progrediatur, sitque omnino temperantia, ex Ciceronis definitione, moderatio cupiditatum rationi obediens, optimè videntur Ægyptii fecisse, qui virtutem hanc per Caprificum expressere: ea siquidem collo Tauri quantumlibet lascivientis alligata, animal ferocire minimè permittit, sed lascivia ejus atque petulantia omni cohibita, eum obtemperantem reddit, neque quicquam sinit immodestius facere.

*Temperan-  
tia defini-  
tio.  
à Plin. libr.  
27 cap. 7.*



## JUNO. CAP. XXXIII.

**Q**Uod vero alicubi videas Caprifici ramum simulacro Junonis appositum, ea de causa factum quod Nonæ apud Romanos erant Caprotinæ nuncupatæ: quibus, ut author Varro est, matronæ sub ficu Junoni sacra faciebant, & ex Caprifico virgam adhibebant, nempe ob memoriam pudicitie servatæ: cum Philotis ancilla Senatui suavit, ut pro matronis & virginibus, quas hostes dari sibi obfides petebant, ipsa cum ancillis aliis habitu matronali cultæ submitterentur: cujus laudata sententia, cum omnes hæc secum potiones meracas in lætitiâ signum attulissent, conviviumque simulassent, hostes lætabundi, comestatione & potu gravidi, post jocos quieti se dederunt. Hic Philotis signum dedit ex Caprifico, per quam de monibus, ubi nata erat, propendentem

*Ad Verbum  
à Macrobi.  
Saturn. lib. 1.  
cap. 11.  
Philotis an-  
cilla senten-  
tia laudata-  
bilis.*